HIERONYMUS
um 836/859 Seite 56r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ego implebor. siue quae plena fuit ante redi
getur in solitudinem; igitur isti dixisti. et ru
inis hierusalem quae di iudicio propi peccata
subuersa est et insultasti. propter ea non per
nuntios. nec per quoslib. et alios. sed ego ipse
ero aduersum tyre ad tyre. et instar fluctuum maris
ascendere faciam contra te babilonis cum
plurimis nationib; quarum oppugnatione
muritur et turres destruentur. In tantum
utrusq; ad solum concidant. et pulueris illius ra
datur. siue in partes uarias uentilentur. et sic
humiliabitur. ut petre nitidissimae conpa
retur. Tantaq; erit in urbe quondam fre
quentissima solitudo. ut sagenae piscatorum
expandantur. et siccentur in medio eius;
ego enim locutus sum dni. cuius uerba. In irrita
esse non possunt. et tradam eam in direptionem
gentibus. filiae quoque eius quae sunt in agro
siue in campo hoc. e. in phenicis. litora et urbes.
et oppida uicis atque castella interficiantur
gladio ΛΕΕΤΑΦΟΡΙΚΩΣ. quia filias appel
lauit. inter sectionem ponit gladii ut rerum
fine cognoscant me esse dnm qui fieri ista pcepi;